

In altera.

Aquila eodem conuersa, rostro lauream gestat. Suprà sunt signa. OO. antè. ROMA. Sextans hic meo dicitur michi uisus est Romæ apud D. Achillem Staphæum.

In una parte.

85. Pyrrhus effigiatur dextro uultu, galea cristata, in qua est sculpta chymera, ornatus. infra collum est spica triticea. retrò. OO.

In altera.

Victoria Trophæum conficit, quæ ipsa è naxali pugna collegit, conto alto ad ostentum infigit, ut galeam, thoracem, tela, pede dextro in rostrum captæ navis depresso. Inscriptio nulla. Sextantem hunc æneum domi meæ demonstrare possum.

Sextantes.